



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Conditione Appositis in desponsatione vel in aliis contractibus. Titvlvs
V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Innocentius Mutinen. Episcopo.

Tvas a dudum: & infra. De consuetudine, quæ diu in Mutinen. obtinuit civitate, ut si quis juraret se aliquam ducturum, & citra carnis copulam desponsasset, si consequenter desponsasset aliam, & etiam cognovisset: primo cognita adjudicaretur viro, non quæ prius extitit desponsata, & infra.

Ne verò turpis sit pars, quæ suo non congruit univervo, & ecclesia Mutinen. tenere debeat humiliter, & servare. b quod beati Petri sedem & suam metropolim sequi viderit & docere, in matrimonii de cætero contrahendis: illud te volumus observare, ut postquam inter legitimas personas consensus legitimus intervenerit de præsentibus, qui sufficit in talibus juxta canonicas sanctiones: & si solus defuerit, cætera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur, si personæ junctæ legitimè cum aliis postea de facto contrahant: quod prius de jure factum fuerat, non poterit irritari.

DE CONDITIONIBVS APPOSITIS
in desponsatione vel in aliis
contractibus.

TITVLVS V.

CAP. I.

Defectus turpis conditionis in contractu matrimonii appositæ, non vitiat matrimonium, sed vitatur.

Ex Concilio Africano. d.

Qvicunque e sub conditionis nomine aliquam desponsaverit, & eam relinquere voluerit: dicimus quod frangatur conditio, & desponsatio inrefragabiliter teneatur.

CAP. II.

Servus manusmissus ea conditione, ut fiat Monachus, & monasterio serviat, aliam in servitatem redeat: si hoc acceptato Monachus factus sit, manusmissus voluntatem cogitur observare.

Gregorius Episcopo Spalitano.

Cum f sit proprium: & infra. H. Presbyter conquectus est Diaconum quendam manusmissis duo mancipia sub hac conditione, ut Monachi fierent, & in eorum monasterio, ut ipse fuerat, permanerent, adjiciens ut si quis contra faceret, servituti iterum subderetur: atque unum ex his (hac conditione despecta) monasterium deseruisse, & se inter clericos sociasse. Tu ergo si ira esse repereris, sic te exhibe, ut nec illi monasterium deserendi sit facultas, & manusmittentis voluntas non valeat præteriri.

CAP. III.

Qui juravit aliquam in uxorem accipere, si centum sibi donaverit, centum non datus, recipere non tenetur, nisi postea pure consenserit velem cognoverit.

Alexander III. Pamorm. Archiepiscopo.

De illis g: & infra. Si verò aliquis sub hujusmodi verbis juramentum alicui mulieri præstitit, Ego te in uxorem accipiam, si tantum mihi donaveris: Reus perjuri non habebitur, si eam nolentem sibi solvere, quod sibi dari petiit, non acceperit in uxorem, nisi consensus de præsentibus, aut carnalis sit inter eos commixtio subsecuta.

CAP. IV.

Res donata ecclesie sub modo, statim est ecclesie, nec revocatur, modo non servato, nisi hoc in contractu sit expressum, hoc dicit,

a Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. b observare. c contrahunt. d In Conc. Africano hoc non duntaxat inventum est, ut refert Grat. sine Palæa 27. quæst. 2. ea. quicumque, & habetur post Concil. Lateran. sub Alexand. III. part. 6. c. 5. e Ca. 1. eod. tit. in 1. compilat. f Ca. 2. eod. tit. in 1. comp. g Ca. 4. tit. de sponsal. in 1. compilat. & post Con. Lat. p. 6. c. 2.

secundum veritatem intellectum. Erat textus multum notabilis, & valde allegabitur. Abbas Siculus.

Idem.

Verum a cum alicui ecclesie possessio qualibet interposita conditione donatur, a donatore donum postea revocari non potest: Nisi forte tali conditione collatum, quod ea cessante, debeat revocari.

CAP. V.

Contrahens matrimonium sub conditione non improbat non compellitur matrimonium consummare ante conditionis eventum.

Vibanus III.

Super eo b verò, quod postulasti, utrum ille, qui in quandam mulierem consensit, si pater eius suum præstaret adfensum, sit ad consummandum matrimonium compellendus: respondemus, quod cum consensus liber dici non possit, qui in alieno arbitrio reservatur, ac conditionem ipsam canonica non improbet instituta, nisi voluntas patris postmodum intercedat, nequaquam cogendus est ad matrimonium contrahendum. Nam licet Alexander Papa responderit, quod sponsalia, interposita conditione, contracta: ipsa non impleta, si consensus de præsentibus intercedat, vel carnalis copula subsequatur, dissolvi non debent, sed firmiter observari: nequaquam est nostra definitioni adjectum, cum hujusmodi consensus acciderit de præsentibus habendus, licet per verba de præsentibus evidentius exprimat: qui in alieno arbitrio non habito, sed habendo consistit.

CAP. VI.

Qui sub honesta conditione sponsalia contrahit, & ante conditionis eventum desponsatam cognoscit, a conditione recedit.

Innocentius III. Masican. c. Episcopo.

Per tuas d literas intimasti, quod cum quædam mulier P. nomine, N. postulat in ritum, adferens inter se mutuum de præsentibus consentium intervenisse, & carnalem copulam accessisse: vii ipse quamvis contracta sponsalia, & carnis copulam non negaret, adferbat tamen se illam in uxorem ducere non tenei: quia sponsalia inter ipsos sub hac fuerunt conditione contracta, si pater & ejus patruus sponsalibus consentirent: sed ipsi quam citò noverunt, & sponso contradixerunt de sponsa. Verum mulier replicabat, quod licet fides præstita fuerit ab utroque sub conditione præscripta, non tamen sibi fuerat a patre viri, vel patruo aliquando contradictum: & ante tempus contradictionis experiam a testibus & post, dicebat inter se carnalem copulam accessisse: [i & infra.] e Consultationi tua taliter respondemus, quod cum liquido constet, quod post contracta sponsalia, carnalis est inter eos copula subsecuta, pro matrimonio est præsumendum, quia videtur a conditione aposita recessisse. Nam & si probatum sit, quod postquam pater & patruus viri contradixerunt desponsalibus, idem vir mulierem illam carnali f conjunctione cognoverit: non est tamen aliquo modo probatum, quod antequam ipse cognovisset eandem, pater ejus & patruus contradicere curavissent.

[i Addebat præterea quod licet à principio conditionaliter contraxissent, temporis tamen processu sine conditionis adjectione pretere in matrimonio consenserint, & hoc asserbat se testibus probaturam: receptu itaque testibus utriusque patris, cum attestantibus mulieris, coram te præsentibus duobus examinatis fecerit publicari: testes ipsi dixerunt quod dicta que tibi legemur non dixerant, quorum lege dicebantur, & qua desponsati scripta

a Cap. 3. eod. tit. in 1. comp. & post Con. Lat. p. 29. c. 3. & ca. 2. eod. tit. De consuet. in 1. compil. b Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. & post Con. Lat. sub Alex. III. p. 6. c. 21. c Masican. al. Masican. al. Masican. d Ca. 1. eod. tit. in 1. comp. e Vid. l. & si contra in ver. depositum. C. de nup. f al. commixtionem.

nuerant, sed ab uno examinatore tunc contra eos fuit sortiter ob-
 iectum, & ob hoc mulier postulat, ut idem testes vel alii super
 eisdem capitulis iterum audirentur: tunc autem hac vocitate com-
 muni sequentem diem partibus preficisti, quibus in tua presen-
 tia confutur, omnes examinatores convocari iussisti, sub intermi-
 natione anathematis illos obsecrans, ut dicerent si essent ille verè ac-
 cusatus, quibus obviaverant testes, qui continuo alias attesta-
 tiones in medium produxerunt: quibus cum per advocatum viri
 fuisset objectum, sicut prius fuerat obviatum: post allegatio-
 nes multiplices secunda attestations à partibus admissa fuerunt, &
 non attestatibus uni postea publicata. Porro cum mulier illi
 prout articulo insistebat, quod ante renunciationem sponsalium
 & post, idem vir carnaliter eam cognoverat, & ex ea filiam pro-
 ceperat, & proprio nitentur ostendere juramento. Quia verò
 super his non solam opinionem varias sed contrarias accepisti, & ad
 magistrum sed. Apostel. recurrens, humiliter postulasti, quid sen-
 tendum sit in talibus edoceri.]

CAP. VII.

Si in contractu matrimonii apponitur conditio turpis vel impossi-
 bilis, habetur pro non adjecta, nisi sit contra substantiam matrimo-
 nii, quia non vitiat contractum. hoc dicit, capitulum notabile, &
 multum allegabile.

Gregorius IX.

Si conditiones contra substantiam conjugii inse-
 rantur, puta si alter dicat alteri: Contraho tecum
 si generationem proles evires, vel donec inveniam aliam
 honore vel facultatibus digniorem, aut si pro quaestu
 alterandam te tradas, matrimonialis contractus quan-
 tumcumque sit favorabilis, caret effectu. Licet alia b
 conditiones appositae in matrimonio, si turpes aut impos-
 sibilis fuerint, debeant propter favorem eius pro non ad-
 jectis haberi.

QUI CLERICI VEL VOVENTES
MATRIMONIUM CONTRAHERE
POSSUNT.

TITVLVS VI.

CAP. I.

Diaconus vel Subdiaconus matrimonium contrahere non possunt,
 & si contraxerint, etiam si sint facti irregulares, debent separari.

Alexander III. Rhemen. Archie-
 piscopo.

DE Diacono e, qui in Sabbatho sancto alium Dia-
 conum vulneravit, & uxorem accepit, hoc tunc
 prudentia respond. quod si contrito & humi-
 lato corde ad ecclesiam redire voluerit, dimissa illa,
 quam accepit in uxorem, & absolutione obtenta, injun-
 cta a sibi poenitentia de utroque excessu, post eam pera-
 ctam dispensative poteris ei Diaconatus officium reddere,
 & in perfectae vitae & conversationis fuerit, eum in Pres-
 byterum ordinare. Subdiaconum autem, siue hominem
 interfecerit, siue non, matrimoniam non posse contrahe-
 re, sacrorum canonum censura demonstrat.

CAP. II.

Subdiaconus matrimonium contrahere potest.

Idem Cenoman. Episcopo.

EX literarum e tuarum tenore accepimus, quod la-
 tor presentium in Subdiaconatus officio constitu-
 tus, quandam sibi in conjugium copulavit, quam eun-
 dem abjurare fecisti. Super quo pru. tuam in Domino
 commendamus, mandantes, quatenus si ad monasti-

a Illigribus est hac decret. de eius intellectu prater D. Scotum
 lib. 4. dist. 29. q. 2. art. 2. & 3. Adrianum super 4. q. 7. de m. &
 contrarium citatum super gloss. ca. precedentis. b licet alia
 c Ca. 1. cod. tit. in i. comp. & post Conc. Later. p. 26. ca. 21. d al-
 tin: injuncta quoque sibi. e Ca. 2. cod. tit. in i. comp. & post
 Conc. part. 26. ca. 39.

cum a ordinem transire voluerit, & tibi post laudabilem
 conversatione ipsius visum fuerit, eum ad majores ordi-
 nes promoveri concedas: quod b si ad religionem se trans-
 ferre noluerit, eum neque in Subdiaconatu ministrare,
 ne ad ultiores permittas ordines promoveri, in minoribus
 tamen ordinibus poterit ministrare.

CAP. III.

Votum solenne impedit & dirimit matrimonium post contra-
 ctum: votum simplex tantum impedit contrahendum, sed non di-
 rimit post contractum.

Idem Vigorien. c Episcopo.

MEMINIMUS d: [i & infra.] Respondem. quod si
 quisquam, qui se religioni devovit, & habitu susce-
 pit professionem fecit, postmodum sibi aliquam copu-
 laverit, est cogendus ab ea recedere, & ad ecclesiam,
 cui se contulit, sine contradictione transire. Verum si
 nec habitum suscepit, nec professionem, sed votum so-
 lummodo fecit, & se ad religionem transiurum promi-
 sit: licet postea matrimonium contraxerit, non est
 cogendus ad religionem transire, & matrimoniale vo-
 tum rescindere.

[1 Non ex parte tua questionem huiusmodi audisse, s. utrum
 illi qui se ad religionem coram Episcopo devoverunt transiuros, &
 habitum religionis suscipiunt, si postmodum uxores duxerint, cog-
 endi sint eas dimittere, & ad ecclesiam, cui se contulerant,
 redire.]

CAP. IV.

Susceptio habitus professorum extra religionem a non habente pos-
 testatem incorporandi religioni, impedit in dubio matrimonium con-
 trahendum, sed non dirimit contractum, h. d. secundam sententiam,
 quem tenet Pamormitanus.

Idem Lucen. Episcopo.

CONSULUIT e nos tua fraternitas, quid faciendum
 sit de Nobili muliere, quae vestibus praeciosis abje-
 ctis, mutavit habitum, & de manu Presbyteri velamen
 assumpsit, sed non renunciavit propriis, nec intravit
 claustrum, nec in manu alicujus Episcopi, Abbatis vel
 Abbatissae, aut super altare professsa est, vel obedientiam
 promissit: postmodum verò elapso anno (abjecto reli-
 gionis habitu) cuidam nobili nupsit. Consultationi
 tuae taliter respondemus, quod sicut simplex votum f
 matrimonium impedit contrahendum, & non dirimit
 jam contractum: ita habitus sine professione susce-
 ptus, ne contrahatur impedit, sed contractum nequa-
 quam dissolvit.

CAP. V.

Votum castitatis de praesenti impedit matrimonium contrahen-
 dum: ecclesia tamen ex causa matrimonium contrahi quandoq, per-
 mittit. h. d. inherendo litera.

Idem.

Veniens g ad praesentiam nostram M. eremita pro-
 posuit, quod l. mulier cuidam viro absentis fide da-
 ta se nupturam promissit, sed postmodum audiens plu-
 ra de severitate ipsius, ei noluit copulari. Cum itaq, vi-
 meret ne illi nubere cogereur, in manibus suis votum
 continentiae promissit, non tamen locum aut vestem
 mutavit, quo audito vir aliam sibi copulavit. Nos ita-
 que attendentes tutius esse ut praefata mulier post fidem
 & votum simpliciter oblatum matrimonium contrahat,
 quam fornicationis reatum incurrat: mandamus, qua-
 tenus si plus non processit, sibi de fide mentita & voto
 violato congruam satisfactionem indicas, & ei cui vult
 nubendi in Domino licentiam tribuere, non postponas.

a Vox monasticum, deest in omnib. manuscr. b al. qui si ad
 religionem se conferre. c V Vigorien. al. Vigorien. d Ca. 6. cod.
 tit. in i. comp. & post Concil. Lateran. p. 6. c. 9. e Ca. 7. cod. tit.
 in i. comp. & post Conc. Lateran. p. 43. c. 4. f Vid. omnino cita-
 tos paulo ante. g memimus. cod. tit. g Ca. cod. tit. in i. comp.
 & post Conc. part. 4. c. 10.

